

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Veritas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

**A** Cum primum pavido cufos mibi purpura cessit,  
Bullaque succinctis laribus donata pependit.

Apertius vero Tullius, Verrinis: Bulla in toga praetexta erat ornatum pueritie, indicium atque insigne fortunae.

## CONSILIIUM. CAP. III.

**A** Lii significare voluisse dicunt, consilium à peccatore proficisci, ideoque Bullæ hieroglyphicum in *Vel quod* eam partem residere. De consilio vero per figuram Cordis à gutture pendentis expresso, in *Βαλλην* *Vel* *βάλλων* *fit bullæ affine.* Cordis ipsius Commentario satis disputatum.

## VERITAS. CAP. IV.

**A** Egyptii sane cum veritatem ex humano corde gutturi appenso *ἰερογλυφικῶς* indicari dicunt, Bullam hanc intelligent, insignemque sane hoc gestamine prædicant judicem illum, quem insimandii monumentis fuisse tradunt, cuius à collo suspensa veritas penderet, oculisque esset in sinum dejecis, octo legum libris circumstantibus, quod nos admonere dicunt, Judices integros esse debere, & solam infpicere veritatem. Quod vero esset compendiosum veritatis hieroglyphicum, nullum Corde ipso commodius invenimus. Adamantius ubi Ezechielis dictum illud interpretatur, *Et Ezech. c. 10.* *catena circa collum tuum: Si me, inquit, posteaquam justitiae opus adimplevero, intellectus ornave.* *Justitia se* rit veritatis, tunc mihi ornamentum nuptiale, tunc catena collo decora circumdatur. Nam & Pla<sup>des in pen</sup>tonici, qui iustitiam volunt actionem esse quandam animæ propriam, ei locum etiam circa peccatum attribuant. Nos vero cum veritatem esse quid ingenuum, & mendacium servile quiddam addidicerimus, *ἱλευθέρος γόνοντος τε ἀληθῆ λέγειν, Ingenui opus viri est, ut vera proferat, eamque Bullam ingenuos tantum gestare solitos, quid illud fuerit gestaminis, quod veritatis indicium à collo penderet, præterquam Bullam hanc, suspicari nequimus.* Sane Diodorus signum id variis ornatum gemmis fuisse proficitur. Levitico etiam, ubi de Pontificis ornatu agitur, veritatis signum invenias in pectus incubuisse, de quo alibi suo loco diximus. Sed & Salomonis disterii cap. iii. veritatem gutturi circumdare commonemur.

## INVIDIÆ AMULETUM. CAP. V.

**E** Rat & triumphantum gestamen Bulla, quam in triumphis præ se gestabant, inclusis in eam remediis, quæ adversus invidiam pollere credebantur. Illud adnotandum ex Asconio, Bullam suspendi in collo infantibus, ingenuis aureream, invenio etiam apud alios argenteam, libertinis vero scorteam, esse solitum, ut illud apud Juvenalem appetiatur, *Signum de paupere loro.* Sane nostra etiam atatus mos est, ut si quis torquem aureum, catellam & gestare voluerit, neque tamen equestri, vel, ut ajunt, militari, aut alia quapiam dignitate, cui gestamen illud competitat sit insignitus, ligulam ex loro gestamini ejusmodi alligare commendatur.



Bulla triumphantum gestamen.

Observatio  
gestamini  
torquis au-  
rei.

## GLORIOSUS. CAP. VI.

**N**Equae tamen ubiq; Bullæ nomen pro gestamine accipendum, sed & pro baltheorum, & foriū, & aliarum plurimarum rerum ornamentiis, unde pars hæc pro gloria fastuque ponitur, ubi quis non aliter gloria turgescere videatur, quam Bullæ ipse inturgescentis cujusdam figuræ speciem praeserunt. Unde dixit Persius:

*Non equidem hoc simdeo, bullaris ut mibi nugis  
Pagina turgescat.*

Id quod alia metaphora alibi dixit, *Ad populum phaleras.* Bullæ autem in zonarum ornamentiis tanquam clavi affixa baltheis dedere nomen, quasi Bullati vocentur. Et clavorum capita tumentiora, *πομφόληγαν.* qualia templorum, & privatuarum aliquot & diuinæ valvis ornamenti causa affigi solent, Bullæ nuncupantur: quas Cicero ait, Verrem, *quaeruntque aureæ essent, omnes auferre non dubitasse.* Et apud

Sumptu  
Metaphora

*δορά ταῦ.  
πομφόληγαν.*

Plautum